deberem praestantissimam earum quas sciebam me obtinuisse.

Qua ratione hoc fundamento utendum ut nunquam decipiamur

Nec ullus etiam error hic timendus, modo quae nobis sic apparent non ideo aliis applicemus, nam si Mihi quid facile sit, alteri forte hoc difficile erit, si jucundum alteri molestum, si mihi bonum alteri [forte] malum. Sic homines alterius naturam cum sua confundentes, mirantur saepe aliis convenire quae ipsis displicent, eoque errare se ita obcaecari permittunt

x cautela

ut credant potius alios quidem talia non esse delectamento, sed eos tantum id falso fingere et pertinaces esse in propria sententia quam semel crediderunt, defendenda; cum tamen certe nullus ad ea quae ipsi molesta, nisi coactus accedat.

2da cautela

Nec quoque porro error ullus hic committi poterit modo ~~quae~~, quae [hisce] ~~ad eas~~ ~~talia~~ [nondum] applicanda, quae ipsi percipimus non applicemus ~~aliis~~ [iis] quae nondum percipimus atque sic confundamus ~~quae nondum percipimus~~ [percepta cum nondum] perceptis, quod fieret, si rem quam observavimus, faciliorem, meliorem, suaviorem esse omnibus aliis quas hactenus perceptas scimus, ideo eandem judicaremus absolute esse facillimam optimam etc: id quod cum omnibus [de] nondum perceptis nullo modo eadem certitudine nobis constat. et hoc in causa est quod homines tale quid falso credentes non attendant ea attentione ac opus est ad ea quae alii de similibus ~~portant~~ [se detexisse exhibent]. Cum enim supponunt se optimam jam viam acquisivisse, eoque ipso impossibile ~~fore~~ esse, ut aliquis meliorem adinvenerit, non opus esse judicant aliorum circa haec inventa adeo ut necesse est, considerare, atque sic sibi ipsis viam ulterius promovendi ~~prae~~[oc]cludunt.

Adeoque ne quis me eandem, quae aliis in multis, credat committere, aliis proponendo viam quae forte [7] Mihi [1] soli convenit, [5] experientiis [4] semper [6] clarissimis [2] in se-[3]quentibus ~~ostendam~~ [convincam], hanc viam quae ad summam nostram felicitatem obtinendam tendit ordinarie similes in aliorum Mentibus producere perceptiones. Sic etenim aeque certus ero alios easdem mecum perceptiones habere, ac Mihi cognitum est quaedam gustui aliorum admodum convenire, cum experientia cognosco alios a talibus vix se posse abstinere, magno licet saepe eorundem damno. Ubi

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK